





19

COLLEGII FEUDALIS  
Publici,  
Disputatio Secunda;  
*De* / 1620 1  
Personis Feudum  
Dantibus, & Accipientibus.

27

*Quam,*

Sacrosanctæ Trinitatis auxilio,  
*Amplissimo J Ctorum ordine consentiente,*  
Sub Præsidio  
*Viri Amplissimi atq; Consultissimi*

**Dn. VALENTINI GUILIELMI**  
FORSTERI, J. U. D. & in florentissimâ VViteber-  
gensium Academiâ Antecessoris Clarissimi, Fautoris, Promo-  
toris atq; Præceptoris sui omni honore atq; observan-  
tiâ æternum honorandi.

*Publicè defendendam suscipiet*

**GOTTFRIDUS ERHARDI Cosuuigâ-Anhalt.**

Add. 2. Septembr. in auditorio J Ctorum  
hor. matutinis.

---

WITTEBERGÆ.

*Ex Officina Typographica hered. Joan. Richteri.  
Anno clc Icc XX.*

Justitiae atq; Æquitatis Assertori Magnifico, Nobili, nec  
non Praclarissimo Viro,

Dn. ANDREÆ KNICHEN in Freckleben, J. U. Con-  
sultissimo, Illustrissimi Principis ac Domini, Dn. RUDOLPHI,  
Principis Anhaltini &c. Cancellario gravissimo, Mecœnati,  
Fautori atq; Promotori suo, devoto & submisso animi  
affectu, semper venerando.

UT ET

VIRO

Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo,

Dn. JOHANNI STURMIO, Illustrissimo & Fortissimo  
Principi ac Domino, Dn. CHRISTIANO, Principi Anhal-  
tino &c. à consiliis aulicis Secretioribus, Fautori, Promo-  
tori & Affini suo, omni observantiarum genere  
ætatèm honorando.

NEC NON

Dignitate Amplissimis, Consilio Prudentissimis, multoq; rerum  
usu atq; experientia præstantissimis, & veneranda  
canitie maximè conspicuis,

Dnn. CUNRADO Reuter avadōχω, M. CHRISTOPHO-  
RO COLERO, Consularibus, GEORGIO Strobel p.t.  
Consuli, Reliquisq; optimæ Reipubl. Bitterfeldensis Se-  
natoribus spectatissimis, Dnn. Fautoribus atq;  
Affinibus suis colendissimis.

Disputationem hanc feudisticam in grati & in-  
genii animi symbolum, quâ debeo, quâ  
possum animi submissione,

D. D. D.

D. V.

Gottfridus Erhardi Coswigæ-Anhaltinus:  
Respondens.



Politissimo & Literatisimo

Juveni,

Dn. GOTTFRIDO ERHARDI  
Amico & Commensali cer-  
tissimo, Jucundissimo.

Ergò iterum ascendis, Godefrede, hanc Palladis  
arcem

Armis, Pieridum summaq; castra petis!  
Euge sat ingenii demonstras, dulcis Amice,  
Ingenii celebris dona beata tui.

Ergò avibus sic perge bonis, nec desine donec  
Taeta siet pedibus meta petita tuis.

Nitere, sectatusq; tui vestigia Patris  
Impiger hunc spreto disce labore sequi.  
Sic Patriæ, Generi, serisq; Nepotibus addes  
Ettibi victurum post tua fata decus.

Φιλίας νοὶ ἐννοίας χάριν  
adposuit

M. Johann-Albertus Steinmüller  
Augusti Vindel. Sveus SS. Theol. Stud.  
GODE-

GODEFRIEDUS ERHARDI  
COSVYGA-ANHALDINUS:

*avayegauudicis*  
omis. f. aspir.

FEUDI JUSN' AGGREDIENS? ARDUA SYLVA! DO COR.  
Themis loquitur:

**E**cquid agis? GODEFRIEDE, Dicæ gymnasma subintras  
Strennuus Astrææ miles in arce Deæ?  
**F**EU DIN almidicâ, AGGREDIENS JU S ritè Catbedrâ  
Defensare paras? Fallor, an absq; dolo?  
**A**RD U A, crede mibi, STLV A arcem anfractibus ambit  
Ni labyrinthiacâ non adeunda viâ.

Quam nisi mox Logica patefeceris arte bipennis;  
Distortis resecans spissa carecta tricis:  
Et nisi nodosos nemoris curvamine ramos

Exscindes; Nemesis sacra, profana latet.  
**D**i meliora! Themis tibi DO COR: Suada loquelam;

Dat Venus ingenium; judiciumq; Charis:

Dat Nemesis gladium dextræ, atq; Astræa bilancem,  
Leva: Justitiam cum gravitate Dice:

Dat tibi Juridicus, FORSTERUS, Cynthus arcum,  
Sylvestres capias quo feriente feras.

Ductu Cujus eas prudens indagine cinctas  
In cicuris gyrum sic Rationis ages:

**Euge!** Themis tibi, Suada, Venusq;, Charisq;, Diceq;  
Astræa & Nemesis, Cynthus usq; favent.

**Macte!** Dicæ qui istis scandit Favitoribus arcem,  
Sylva viâ arcere hunc ing; pedire nequit.

Præstantissimo Domino Respondenti suo  
suo & amico plurimū honorando L: M:q; sic  
applaudebam gratulabundus

Joan. Laurent. Schröderus  
Anspachio-Francus.



## DISPUTATIO II.

*De*

### Personis feudum dantibus, & accipientibus.

RESPONDENTE  
GOTTFRIDO ERHARDI  
Cosvvigâ-Anhaltino.

CONTINUATIO.

**A**ctenus de feudis in genere. Nunc de  
feudorum jure. Consistit autem  
istud, vel in acquirendo, vel in conser-  
vando, vel minuendo. Circa acquisi-  
tionem, primò dispiciendum de personis.

*L. fin, De Legibus & ibi Dd. §. fin. Inst. de Jure. N. G. & Civ.  
Cont. de feud. c. 3. in fin. Vultej. lib. 1. c. 2. in fin.*

*Theſ. I.*

Personæ in feudi constitutione, vel acqui-  
sitione, duæ potissimum considerantur. Una  
dans feudum; accipiens altera: Illam communi-  
ter dominum nuncupant, hanc Vasallum.

*Lib. 1. F. tit. 1. §. 1. §. 2. & tit. 4. & tit. 5. §. 1. lib. 2. F. t. 5. Dici-  
tur etiam Dominus interdum senior. lib. 1. F. t. 17. & 18.  
in fin. & lib. 2. F. 52, in fin. & in leg. Conradi 1. Legib. Francic.*

*A*

*insertâ*

insertâ lib. 5. pag. 344. §. I. & seqq. Vasalli pañim mentio fit,  
lib. 1. F. t. 24. 26. in pr. &c. & in legib. Francic. lib. 2. c. 24. &  
lib. 4. c. 75. & 77. Derivant hoc vocabulum quidam à  
Vachelto, quidam à Wade. Alvarott. in prælud. feud. n. 42.  
vers. quæro septimo, & alii quos refert Borch. de feud. c. 2. n.  
15. Cujac. à Germanico Gesell quod accipientes feuda, domi-  
nos ad bellum, & coronationem, comitari solerent, quem se-  
quitur Borch. d. loc. Nos opinamur à primitivo Vassus, vasal-  
los demisutivè derivatos. Vasili leguntur in legib. Aleman.  
t. 37. §. 6. & 79. §. 3. in Legib. Bajoar. c. 3. t. 1. & c. 15. tit. 5.  
item in legib. Francic. lib. 3. tit. 70. & lib. 4. c. 4. 44. 68. &  
alibi sàpè. Conjunguntur etiam Vasili, & Vasalli, lib. 2. Leg.  
Francic. t. 24. & lib. 4. c. 75. Dubio verò procul amplius aliquid  
est Vassus, atq; Vasallus. Vasos ita dici putant, quod totus im-  
perii basin sustineant, & quos Turcæ bassas appellant, ex eodem  
fonte nomen sumisse censem.

Vassi nempe dicuntur, qui regale feudum ab Imperatore;  
Vasalli qui à Vasso beneficium acceperunt, Hotom disp. feud.  
c. 3. Vocabulary Vasili germanicum esse statuit Hotom. Dedu-  
cunt à vocabulo Vast/Vastman erat Kriegsman, Un-  
de adhuc nobilibus epitheton den Westen, inter alia tribui-  
tur. Dicuntur etiam Vasalli beneficiarii, & beneficiarii; item  
infeudati, tom in jure feudali, quam legibus antiquis, item fi-  
deles clientuli lib. 1. 10. & 13. & Valvasores lib. 1. t. 1. §. 1.  
& tit. 15. fortassis à Valvis; quod hoc genus Vasallorum, ad  
valvas dominorum suorum reverentia custodiæ & caussa præstò  
fuerit. Borch. De Feud. c. 5. n. 31.

Thef. II.

Quamvis autem, antiquo tempore, feudum  
dare poterat, ii duntaxat, qui belli jus habebant,  
Postea tamen, regula constitui cepit, juri civili  
conformis, quod feudum dare possint omes,  
qui

qui non in specie prohibentur, sive sint Ecclesiasticae personae, sive seculares,

Lib. 1. F. t. 1. & 6. lib. 2. F. 35. & 91. Wesenber. De feud. c. 4.

Sigon. de Regn. Ital. lib. 4. Gifan. De feud. c. 6. Duaren. c. 6.

n. 5. Zaf. p. 5. n. 51. Schneidvv. p. 3. num. 41. & seqq. Dissent.

Martin. Laudens. in c. un. lib. 1. F. t. 3.

### Thes. III.

Inter Ecclesiasticas personas, vulgo referunt Papam, Patriarchas, Archiepiscopum, Episcopum, Abbatem, Abbatissam; Præpositum, legatum de latere, & alios etiam, inferiores clericos, si tamen antiquitus consuetudo eorum fuerit feuda dare.

De Papa, sive Pontifice Romano, quod feuda dare possit, usus quotidianus docet. Et cum Episcopus, Abbas, Abbatissa, feudum dare queant, cur non etiam Papa qui sub Archiepiscopi nomine, sicut & Patriarchæ, comprehenduntur? d. t. 1. in pr. & ibi Præpos. & Alvarott. c. in tantum dist. 21. l. jubemus. C. De Sacros. Eccles. lib. 1. F. 1. c. ad Apostolicæ. De sent. & re judic. in 6. Alvarott. Matth. de Afflict. & alii communiter ad tit. 1. & t. 9. lib. 1. F. Schrader. p. 4. c. 2. n. 4. Schneidvv. p. 3. n. 16. Borch. De Feudis. c. 5. n. 6. Alii tamen existimant, Papam, regalem dignitatem, in feudum concedere non posse. Schneidvv. p. 3. n. 9. An vero Papa, sine consensu Cardinalium feudum concedere possit? Siquidem res magni momenti sit, plerique negant. Vasq. lib. 1. controv. 23. Alvarez. De jure ac potest. Rom. Pontif. c. 24. An Imperator, ratione Imperii, sit Pontificis Vasallus? Negant. Vasq. illustr. controv. 21, & seq. Hotom. in brut. falm. p. 81. & seqq. Carol. Sigon. de regn. Ital. lib. 8. p. 203. Cassiodor. lib. 8. var. 15. Bodin. lib. 1. De Rep. 10. Dissent. Bartol. in tr. Qui sint rebelles. Alphons. Alvarez. in tr. de jure ac potestate Romanor. Pontif.

De Archiepiscopo text. est lib. I. Fend. t. I. 3. Est enim major, Episcopis singulis, provinciae sue. l. 14. C. De Sacros. Eccles. c. Scitote c. pastoralis. De Offic. Ord. Et dicitur princeps Episcoporum. c. clerros. 21. dist. Et 80. dist. per tot. Alvarez. De Rom. Pontif. c. 15. Gregor. Thol. lib. 15. cap. II. Panormitan. in c. nullus. De jure patron.

Episcopum feudum dare posse, probatur. lib. I. F. I. & 9. Dicuntur autem nostris Episcopi, qui curam actuum in sacris difficiendorum, & solicitudinem disciplinæ Ecclesiasticae conservande, & emendandæ suscepereunt. c. clerros. dist. 21. Gregor. Tolosan. lib. 15. c. 2. Alfon. Alvarez. De potest. Pontif. Rom. c. 4. n. 7. & 14. Disputant hic Dd. si Episcopus, in suo Episcopatu, rem alicui concessit in feudum, & Papa postea alteri eandem infeudet, utra concessio prævaleat? Nos priorem defendemus. Habet enim jus quæsum, quod ei sine culpa non debet auferri: Investitum autem semel, Papa sine causa devestire nequit. Sebneiduu. p. 3. De feud. num. 15. & seqq.

Potest etiam abbas, qui monasterio præest, quod pater sit monachorum ita dictus, feudum dare. lib. I. F. I. & 14. S. 3. Tolosan. 15. Synt. 13. Alciat. in l. I. C. De in jus. voc. Polydor. Virgil. lib. 7. c. 2: De Officio Abbatis tractatur in can. nullam. 18. q. 2.

Eodem jure fruitur Abbatissa, monialium antistita lib. I. F. I. Tolosan. d. c. 13. Itemq; Præpositus, sive Prior c. quamvis De W. S. c. ex parte. De Cleric. non resid. Legatus de late- re. c. I. & ult. extr. De Offic. Leg. Itemq; Clerici, liberam rerum suarum administrationem habentes, & si antiquitus feuda dare potuerint. lib. 2. F. 35. Vultej. I. De Feud. 3. num. II. Monachi tamen feuda dare nequeant. per auth. ingressi. C. De Sacros. Eccles. Nov. 5. c. 5.

#### Thef. IV.

Potissimum autem, seculares feuda dare possunt, Imperator, Dux, Marchio, Comes.

L. I. E. t.

L. i. F. t. 7. & 14. lib. 2. F. 10. Schrader. p. 4. de feud. c. 1. Hotom.  
disp. feud. 7. & 9. Dux dicebatur, qui militaris disciplinæ  
peritus, aciem instruit, Bodin. lib. 3. De Republ. c. 2. circ. fin.  
fortassis quod alios ducat ad virtutem Marian. Frecc. De sub-  
feud. lib. 1. Postea duces dicti sunt, quibus rex, aut populus,  
regionis alicujus administrandæ, potestatem dederat. legib.  
Bajoar. tit. 13. c. 2. Nobis dux dicitur **Ein Herzog** Mar-  
chio, qui de marchia fuit investitus. lib. 1. F. t. 1. 7. eo quod  
marchiones, imperii finibus tuendis, prefecti essent. Fines  
enim, vernacula nostrâ, significant **marchi** / velut in legibus  
Aleman. t. 48. lib. 4. Leg. Franc. c. 4. & in eod. lib. c. 76. No-  
bis marchiones dicuntur, **Marggraven** / quod judices sint  
marchis prefecti: Alii marchiam derivant à marach, quod  
equum denotat, legibus Aleman. t. 71. §. 2. Legib. Bajoar. t. 7.  
& t. 18. Alii à mari per text. lib. 2. F. t. 10. lib. 4. Leg. Fran-  
cic. cap. 5.

De comite text. lib. 1. F. t. 1. Comites autem, intelligimus  
eos, qui de comitatu quodam, & territorio, cui talis dignitas  
adheret, sunt investiti. Nobis dicuntur **Graven** / vel à  
gravitate, vel à grabent sive fossis, vel quasi grauen / i.e.  
senes & cani. Nominantur passim judices lib. 1. F. t. 2. lib. 2. F.  
t. 27. §. 1. & 2. §. 4. §. 12. & c. 55. & 90. lib. 2. Leg. Francie.  
c. 6. lib. 3. c. 50. 67. Leg. Ripuar. t. 53.

### Thef. V.

Possunt autem omnes, tam masculi quam  
fœminæ, feuda concedere, si non prohibeantur.

Fœminas feudum dare posse textus est lib. 1. Feud. libi: Abba-  
tissa lib. 2. F. t. 3. §. 1. vers. fœminam quoq; et. t. 91. arg. l. 14. §.  
fin. Ad. SC. Vellejan. l. donari. De donat. l. stipulata. De  
donat. inter vir. & uxor. Rosenth. De feud. c. 3. concl. 3. Quid  
de hermaphrodito? putamus feudum concedere posse Vult.  
de feud. c. 4. & c. 9. Possuntne verò rustici quoq; vel igno-  
biles res suas in feudum dare? Affirmamus per text. lib. 2.

F. t. 3. et. t. 91. arg. l. 21. C. Mandati l. 14. C. De Contrab. emt.  
l. 9. C. De Judæis. Et hæc est communis, ac consuetudine proba-  
tur Rosenthal. cap. 3. concl. 2. Dissent. Duaren. c. 6. De feud.  
Quid de mutis & surdis? si non carent intellectu feuda con-  
cedere poterunt. Rosenthal. c. 3. concl. 7.

Thes. VI.

Prohibentur autem feuda dare, Primò, qui non sunt rei, quam infeudare volunt, domini. Nemo namque plus juris in alium trans-ferre potest, quam ipse habet.

L. nemo plus 54. De reg. Jur. c. nemo. 79. Deregr. Jur. in 6. Et non dat, qui non habet l. traditio 20. De acquir. rer. dom. L. filius fam. C. De donat. l. si universæ. C. De Legat. l. non alienum. De interrog. act. c. non est putanda 27. caus. 1. q. 1. Tales sunt servi l. 3. in fin. De capite minut. l. 32. l. 209. De Reg. Jur. Idem in statu liberis, & ascriptitiis. Vide Rosenthal. c. 3. concl. 18.

Tales sunt etiam tutores, curatores, procuratores, qui speciale mandatum non habent. Etenim, hi feuda concedere nequeunt, sapit enim feudum naturam donationis lib. 2. Feud. 23. Hi verò donare nequeunt l. 7. §. 3. D. pro eñtor. l. 40. §. fin. De admin. tut. l. 60. cum trib. seqq. De procurat. l. consensu. §. videbimus. Quib. mod. pign. vel hypoth. Constituitur etiam feudum in rebus immobilibus lib. 2. F. t. 1. in fin. et. t. 23. in fin. Immobilium autem alienatio, regulariter est prohibita. t. t. C. De pred. min. non alien. t. t. Derebus eorum qui sub tutel. Feuda tamen quæ prius à dominis constituta sunt: possunt iisdem renovare. 2. Feud. 3. et. t. 36. Illustrum sanè personarum, curatores, pro re nata, de novo feuda dare possunt, arg. l. cum plures §. fin. De admin. tut. l. filius. §. nonnunquam. De donat. Rosenthal. c. 3. concl. 16.

Thes. VII.

Deinde, prohibentur feudum de novo da-  
re, qui

re, qui legitimam, rerum suarum, administrationem non habent.

Lib. 2. F. 3. et. 36. Borch. De feud. c. 5. n. 43. Zas. p. 5. n. 37. Dissent.

Hottom. ad pr. lib. 2. F. 1. 3. in vers. etiam à minore. Duaren. c. 6. Sonsbec. p. 6. n. 20.

Tales sunt furiosus. lib. 2. F. 3. vers. novi, arg. l. 40. De Reg. Jur. l. 1. §. 14. De acquir. poss. l. 2. §. pen. De Jure Codicill. l. 40. l. 124. §. 1. De Reg. jur.

Prodigus, per Magistratus decretum, pro tali declaratus l. 40. De Reg. jur. l. 15. 16. De V. O. Paul. 3. sent. 4. l. 15. & seq. De curat. fur. l. 18. D. Quis testam. fac. poss. l. 55. §. fin. De admin. tut. Item infans. lib. 2. F. 3. §. novi. per l. 9. De acquir. hered. l. 1. §. adipiscimur. De acquir. poss. l. 5. De Reg. Jur. §. praeterea Inst. Quib. non est permis. fac. testam.

Refertur in hanc classem, pupillus etiam, & minor, non locupletiores facti. l. 59. De O. & A. l. 13. §. 1. l. 41. De condit. indeb. Vid. Rosenthal. c. 3. concl. 16. & seq. Item filius-fam. l. acquiruntur. §. 1. De acquir. rer. dom. l. placet, De acquir. hered. l. 1. si à par. quis fuerit manum. Excepto Castrensi peculio & quasi: item adventitiis, in quibus pater usum fr. non habet. l. 2. D. Ad SC. Macedon. l. 4. De Judic. l. 1. §. nec Castrense. De collat. l. cum oportet. in pr. vers. exceptis. C. De bon. quæ lib. l. fin. C. De inoff. test. pr. Inst. Quib. non est permis. fac. testam. l. fin. C. De bon. quæ lib. Nov. 117. cap. 1. Myrf. cent. 3. observat. 10. Non possunt etiam feudum dare, capitali poena damnati. Rosenthal. c. 3. concl. 19.

### Theſ. VII.

Accipere feuda possunt, personæ, militiæ capaces.

Belli namq; causa, feuda præcipue sunt introducta.

Lib. 2. Feud. 52. & 55.

### Theſis IX.

Non tantum patresfam., sed & filiifam. etiam rustici & homines proprii.

Lib. 2. F. 23. in fin. & lib. 2. F. 50. arg. l. filius fam. 9. De his qui sunt sui vel alieni jur. l. 3. C. De Caſtr. pec. l. 6. C. De bon. quæ lib. Zas. p. 5. n. 68. & lib. sing. resp. c. 3. Gail. de pignoribus c. 8. n. 2.

Theſ. X.

*Thes. X.*

Hodie feuda possunt accipere, fœminæ quoq;  
Lib. I. F. 8. §. 2. lib. 2. F. 3. §. 1. & t. 17. & t. 30. item minores lib. 2.  
F. 26. §. simiori, & quidem sine consensu curatoris lib. 2. F. 3. §. 1.  
Borch. c. 5. n. 46. Wesemb. c. 5. n. 1. Dissent. Sonsbec. p. 7. tr. feud.  
n. 17. etiam infantes per tutorem arg. l. si infanti, & l. potuit C.  
De jure delib. Vultei. l. 1. c. 4. n. 6. etiam servi, Rosenthal. c. 3. concl.  
6. Schenckbar. & alii adlib. 2. F. t. 3. §. 1. filii fam. Borch. c. 5.  
n. 46. Schrader. p. 4. c. 3. Rosenthal. c. 3. concl. 5. quod adeò ve-  
rum, ut si feudum filio fuerit datum, ne quidem ususfructus  
acquiratur patri, per ea quæ tractatur p. 1. tract. Justin. disp. 8. q.  
5. Dissent. Niell. disp. feud. 2. th. 5. Sonsbec. p. 7. n. 8. Curt. jun. in tr.  
feud. p. 3. membr. 2. Possunt etiam feudum accipere, tam Ec-  
clesiastici, quam Laici, lib. 2. F. t. 40. §. fin. c. extransmissa extr.  
Defor. compet. etiam monachi quidam, Quo tamen casu mo-  
nasterio acquiritur. Rosenth. c. 3. concl. 4. Possunt etiam supe-  
riores, ab inferioribus feudum accipere: & servitia per sub-  
stitutum præstare. Rosenthal. c. 3. concl. 5. Schrader. p. 4. c. 3.  
Vultei. c. 4. n. 9. & 10. Sed & mutus & surdus, cœcus & alii im-  
perfcti, feuda possunt habere. Ffa. comm. in c. un. lib. 2. Feud.  
t. 36. Rosenthal. c. 3. concl. 8.

*Thes. XI.*

Prohibentur tamen accipere feuda, hæretici.

L. 2. §. 1. l. 10. l. 12. l. 18. C. De hæret. & Manich. l. cunctis. C. De  
summ. Trinit. l. fin. C. De postul. c. II. De hæretic. c. fin. eod. in 6.  
Notantur enim infamia. l. 1. C. De summ. Trinit. & ibi Coras. &  
Dd. auth. Gazaros. C. De Hæret. l. 2. C. Theod. De fid. Cath.

*Thes. Ult.*

Prohibentur etiam, rei criminis læsæ majestatis, &  
excommunicati, banniti, usurarii, & alii infames.

Rosenthal. c. 3. concl. 19. & 23. per l. 2. C. De dignit. Vultei. c. 4. n. 12.  
An & spurii? Distinguimus l. 3. §. 2. l. 6. De decur. l. imperialis  
23. C. De Nupt. c. nunquam, c. apostolica & seq. & tot. dist. 56,  
Diss. Palæott. in tr. de spur. c. 55. Toming. decis. 48. & alii aliter.

DEO SIT LAUS.

Mittenburg. Diss., 1613/23


ULB Halle  
002 673 304

3




V3 17





### Farbkarte #13



B.I.G.

COLLEGII FEUDALIS  
XXXIX

Publici,

Disputatio Secunda;

De

# Personis Feudum

Dantibus, & Accipientibus.

Quam,

Sacrosanctæ Trinitatis auxilio,

Amplissimo J Ctorum ordine consentiente,

Sub Præsidio

Viri Amplissimi atq; Consultissimi

Dn. VALENTINI GUILIELMI

FORSTERI, J. U. D. & in florentissimâ VViteber-  
gensium Academiâ Antecessoris Clarissimi, Fautoris, Promo-  
toris atq; Præceptoris sui omni honore atq; observan-  
tiâ æternùm honorandi.

Publicè defendendam suscipiet

GOTTFRIDUS ERHARDI Cosuuigâ-Anhalt.

Add. 2. Septembr. in auditorio J Ctorum  
hor. matutinis.

---

WITTEBERGÆ.

Ex Officina Typographica hered. Joan. Richteri.  
Anno c̄lō loc XX.